¶Epiſtola ſancti bo
nauenture ad magiſtrũ innominatũ elimi nans errorem cõtra regulam beati Fran/ ciſci. domino reſpondẽte ꝑ ſeruũ ſuum ſan ctum Bonauenturam.

INnominato
magiſtro frater Bonauẽ
tura ſpiritũ intelligẽtie ve
ritatis. Proponis chariſ
ſime vt tibi tres articuli d
regula fratrũ minoꝝ ab/
ſoluant̃. de quib⁹ te oſten
dis plurib⁹ rõnib⁹ dubitare. ſcꝫ de paupta/
te. labore manuũ. ⁊ ſtudio ſcholariuꝫ et ma
giſtroꝛuꝫ. Cum em̃ regula dicat ꝙ frẽs nõ
recipiant pecuniã ꝑ ſe vel ꝑ interpoſitã pſo
nam. ⁊ rurſuꝫ. nec locũ nec aliquã rem ſibi
appropriẽt. videnť tibi fratres in h̃ regule
cõtraire. cũ tibi videanť pecuniã ꝑ interpo
ſitaꝫ pſonã recipe. libros habere ⁊ domos.
cũ non poſſint harũ rerũ quas habent do/
minos aſſignare. In labore etiã manuũ ſi/
bi iniuncto vt videť ſub ꝑcepto. culpabiles
tibi videnť. cũ nec laici laborẽt in operibuſ
mechanic̃. nec clerici manu ꝓpria in libris
ſcribendis. q̃n potius cũ magnis ſumpti/
bus faciũt eos ſcribi. acſi apud ſe haberẽt
numiſmatũ ꝑcuſſoreſ. Poſtremo in ſtudio
et magiſterio fratres cõdemnas. cũ regula
dicat ꝙ nõ curent neſciẽtes lr̃as. lr̃as diſce/
re. Fratres plerũqꝫ tam clerici q̃ꝫ magiſtri
qui etiã in ſeculo parũ aut nihil de philoſo
phia audierũt. ſtudent. recitant. ſcriptitant
imo qḋ plus eſt laniãt. diſſipant. edificant.
Nec videť tante humilitat̃ ꝓfeſſorib⁹ poſſe
cõpetere nomẽ magiſtri. cũ hoc videať do
minus in euãgelio ſuis diſcipulis inhibe/
re. quoꝝ nos dicimur imitatores tanqꝫ ꝓ/
feſſores euãgelij ieſu chriſti. Hec vt aſſeris
tibi in corde de ſtatu ⁊ ſalute fratrũ ſcrupu
lum generãt. ⁊ tuã ꝯſcientiã inquietãt. Su
per hec addis aſſertionẽ quoꝝũdã. qui tibi
niſi ſunt hanc ꝯſcientiã de fratrib⁹ fabrica/
re. Intende igiť in ea que dictur⁹ ſum. da/
bit em̃ tibi dñs precib⁹ glorioſe ꝟginis ⁊ be
ati Franciſci rectũ in om̃ib⁹ intellectuꝫ.
Supponis ꝙ regula pauptatẽ ꝑcipit. cõ
mendat laborẽ. vetat curioſitateꝫ. Suppo/
no ⁊ ego. deteſtans ob hoc receptiões pecu
niarũ ꝓprietates librorũ ac domorũ. Vitu/
pero et ego. imo nos om̃es pſeq̃mur forti/
ter ⁊ culpam⁹. In hoc cõuenimus. ſꝫ ꝙ fra/
tres tales credis. aut ſi nõ credis dubitaſ.
in hoc penitus diſſentim⁹. Nec enim h̃ cre/
do nec dubito. certũ habens oppoſitũ tan/
q̃ꝫ verũ. nõ quia nullus in ordine talis ſit q̃
non poſſit culpari in aliquo predictorũ. cũ
nec in duodecim apoſtol̃ talis pfectio potu
erit reperiri. ſed cõmunitatẽ ſtatus de qua
et tu iniũgis defenſandã aſſumpſi. Vi/
de igiť quid ſentire debeas de receptione
pecunie. Teſtificor corã deo quoniã verita
tem ſum expꝛeſſurus ſm meã conſcientiã in
om̃ib⁹ que ſubiungã. Nõ credo te aliq̃ten⁹
dubitare. q̃n paupibus quãtũcunqꝫ extre/
maꝫ vouerint pauptatem liceat recipe ele/
moſynaꝫ. niſi velint ſe occidere. quod ſi ne/
phas eſt licet hoc fratrib⁹. qḋ nullus ſane
mentis ignorat. Nõ eſt igiť cõtra eorũ pro
feſſioneꝫ. ſi q̃s diues homo hãc eis miſtrat
manu ꝓpria. Qḋ ſi noluerit poteſt eis mini
ſtrare ꝑ manũ ſerui ſui. Qḋ ſi ille ſeru⁹ non
poſſit. ſed cõmittat alij. quare nõ liceat per
manuꝫ terciã. nõ videtur. Quare etiam vſ/
qꝫ ad decimã manũ nõ poteſt. nõ video. Et
ſi diues habẽs pecuniã dat victũ aut veſti/
tum fratrib⁹ neceſſariũ. nõne poteſt ipſe ma
nu ſua emere. nõne poteſt ipſe pecuniã pro
emptione alij cõmittere. et ſic ꝑ multas ma
nus in vſus fratrũ expendere ꝓ releuãdis
eorũ neceſſitatib⁹ ſine offenſione fratrum.
Quis ſane mentis hoc dubitat. cũ pecunia
ita ſit dñi cũ cõmittiť pſone intermedie. ac
ſi ipſe dominus eam manu ꝓpria ꝯſeruaret.
Niſi forte q̃s ita deſipiat vt dicat ꝙ pecũia
in manu ſeruient̃ poſita trãſeat in eius do
miniũ. ⁊ deſinat eſſe domini. qḋ penitus ab
ſurdum eſt. Et ſi dicas ꝙ dñs ſimpliciter ⁊
abſolute dare intendat fratrib⁹. dico ⁊ ego
ꝙ nullus ſane mẽtis dare intendit fratrib⁹
niſi ꝓut competit regule ⁊ ꝓfeſſioni eorum.
Quis em̃ daret elemoſynã vt eos faceret ꝑ
dere vitã eternã. Dat ergo eo modo q̃ fra/
trib⁹ expedit. ſcꝫ cõmittendo alicui qui ꝑ ſe
eã diſpenſet in his reb⁹ quas fratrib⁹ licet
accipere. ⁊ ſic pecunia illa ꝑ quorũcũqꝫ ma/
nus tranſeat nullo mõ ſpectat ad fratres.
q2 ſemꝑ eſt ꝓmi dñi. Et eſt ꝑ hoc manifeſtũ
ꝙ nec ꝑ ſe. nec ꝑ interpoſitã pſonam eã reci
piunt. Fateor corã deo ita eſſe verũ in con/
ſcientijs fratrũ. Et ſi mihi forte nõ credis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tamen ipi dn̄o pape. qui in vtroq̨ iure pe/
ritus. ordinis et ꝑfectionis emulator. qui
vt ipe teſtaᷓ in ꝯditione regule beato Frā
ciſco aſtitit. ⁊ eius plenū intellectuȝ agno/
uit. Qui req̄ſitus a fratribꝫ dicit. ꝙ frēs vo
lentibꝫ ſibi elemoſynas facere pn̄t fidelem
aliquē p̄ſentare. Qui taliter p̄ſentatus. nō
eſt eorū nunciꝰ. ſed illius potiꝰ cuiꝰ manda
to ſolutōnē facit. ſeu recipientiȝ eandē. Hec
ſunt verba ipius. Quis ita deſipit. vt ſi di/
cam alicui. iſte fideliter exequeᷓ vel cuſtodi
et qđ ei cōmittes. ꝙ ꝓpter hoc quicquid ille
accepit fiat meū. cū etiā licȝ hec v̄ba nō ſem
per exp̄manᷓ. ſemꝑ tn̄ habenᷓ in corde. ⁊ ſꝑ
ab aliȷs credimꝰ ſic accipi. Quis ḡ tam im/
probꝫ vt impugnaret hanc veritatē. ꝑ tan/
torū virorū ꝯſcientiā ſanā et diſcretā. ꝑ tan
tam rei euidentiā. ⁊ vt nihil deſit per ſedem
apoſtolicā cōfirmatā. Certꝰ ſum ꝙ talꝭ por/
tabit iudiciū. De libris ⁊ vtenſilibꝫ quid
ſentias audi. Clamat regula exp̄ſſe impo/
nens fratribꝫ officiū p̄dicādi. quod nō cre/
do in aliqua alia regꝉa reꝑiri. Si igiᷓ pre/
dicare nō debēt fabulas ſed verba diuina.
⁊ hec ſcire nō poſſunt niſi legāt. nec legere
niſi habeant ſcripta. planiſſimū eſt ꝙ de ꝑ/
fectione ſic eſt hr̄e libros ſicut eſt p̄dicare.
Et ſicut nō obſtat ordinis paupꝑtati habe/
re miſſalia ad cantandū miſſas. ⁊ breuiaria
ad horas dicēdas. ſic non obſtat ⁊ biblias
ad verba diuina p̄dicanda. Licet igitur li/
bros habere Sed nunq̄d regula ſibi ꝯtra
ria eſt q̄ alibi mandat nihil hr̄e. Abſit h̄ vt
in ea ſit ꝯtrarietas aliq̄ ſicut nec falſitas. cū
tota de fonte euāgeliȷ ſit extracta. ſicut mi/
hi qui parū noui facile eſſet oſtendere. Di/
co ergo ꝙ fratribꝫ horuȝ cōceſſus eſt vſus.
ſed vetaᷓ appropriatio. Nā nō dicit regula.
Fratres nihil habeāt nec aliqua re vtanᷓ
qđ eſſet inſanū. ſed ꝙ nihil ſibi appropriēt.
Cui igiᷓ horū ꝓprietas aſſignabiᷓ. Sic re/
ſpondeo ego ꝙ cuiuſcūq̨ ſit. nō eſt mea nec
ordinis. ⁊ h̄ mihi ſufficit ad mee cōſcientie
puritatē. Ne tn̄ hominibꝫ fugā parare videar
dico harū rerū mobiliū gubernatori ⁊ pte/
ctori ordinis cardinali poteſtatē ⁊ auctori/
tatē et ꝓuidentiā a dn̄o papa eſſe cōceſſam.
Sicut em̄ dn̄s papa ait. nec vendi debent
mobilia. vel extra ordineȝ cōmutari quoq̄
modo. niſi eccꝉie romane cardinalis q̄ fue/
rit ordinis gubernator ſuꝑ hoc auctorita/
tem p̄buerit ⁊ aſſenſum. Sed dicis. Nun/
quid q̄ biblias dant fratribꝫ intendūt eas
dare pape aut cardinali. Dico ⁊ ego. Nūq̄d
pater q̄ dat bibliā filio intendit labefacere
ordinē filiȷ. et filiū ſuum facere filiū diabo
li. Credo te dicere ꝙ nō. Dat igiᷓ filio inten
dens ꝙ ordinis paupꝑtas ſit penitꝰ illibata
ac ꝑ hoc vt ordo vtatur. ꝓprietas autem ſit
eius. cuiꝰ decreuerit paſtor ordinis ⁊ eccle/
ſie. At nō credis ꝙ ſi pater nō poſſit filio li/
brū dare niſi ꝑ manū alicuiꝰ. de quo p̄ſu
meret ꝙ nō eſſet filiȷ ſui p̄dator ſed paſtor.
vtiq̨ daret vt filio cōmodaret ad vſum. Et
in hoc meliꝰ ꝓuiſum eſt ordini domino fa/
ciente. Nā ſi librorū ꝓprietas remaneret pe
nes parētes. ſic miniſtri nō poſſent auferre
fratribꝫ libros. ⁊ eſſent q̄ſi ꝑpetui ad vitaȝ.
Nunc autē ordo nihil ſibi appropriat in li/
bris. dū miniſtri libros nec vendere nec ali
enare auctoritate ꝓpria pn̄t. nec fratres ſub
diti poſſunt. dū frequēter reſignanᷓ. ⁊ eis ꝓ
voluntate miniſtrorū aſſignanᷓ ⁊ auferunᷓ
Certus ſum ꝙ hec eſt ꝯſcientia fratrū. Ut
autē nihil remaneat audi de domibꝫ. Dico
domos nō eſſe fratrū. Sed ſi de ſolo que/
ris. Dico ꝙ dantiū eſt et patronoꝝ. Si de
edificiȷs. pari rōne edificantiū vel eoꝝ quo
rū eſt ſolū. q2 cedit ſolo vnius ſi vnus edifi/
cat. vel pluriuȝ ſi plures. Mentior etem̄ ſi
nō dominꝰ papa dicit in regula. ſaluo loco
rū ⁊ domoꝝ dominio illis ad q̄s noſciᷓ ꝑti
nere. In loco intelligens ſolū. in domibus
edificia ſuꝑaddita. Unde nec appropriamꝰ
nobis locū. cū dicamꝰ eſſe illoꝝ q̄ dant im/
penſas. vel cedit ſolo. Nec etiā vſus appro/
priamꝰ. niſi ꝓ voluntate eorū q̄ fratribꝫ ꝯce
dunt p̄dicta. Certus ſum em̄ ꝙ hec eſt ꝯſci
entia fratruȝ. Nō obſtat ſi aliquādo vidiſti
cōtrariū. quod nō credo. q2 indiſcretioni ui/
us nō ad om̄es debet nec ad ſingꝉos retor
queri. Si dicis nos tāq̨ aduenas ⁊ ꝑegri/
nos debere ire de domo in domū. parcat
illi deꝰ q̄ primo hāc ſtulticiā cogitauit. Nō/
ne beatꝰ Franciſcꝰ edificauit loca. Nunq̄d
tanq̨ ꝑegrinus ibat quotidie vnā dietam.
Nunq̄d beatꝰ Petrus cū dicat in canoni/
ca ſua. obſecro vos tanq̨ aduenas ⁊ ꝑegri/
nos ⁊c̄. voluit ꝙ om̄es trāſirent de domo
in domuȝ. Cū em̄ dicat eccꝉiaſticꝰ. vita ne/
quā hoſpitari de domo in domū. Tam ꝑe
truus q̄ꝫ frāciſcus filiȷs ⁊ diſcipulis ſuis nō
ſanctā vitā ſed nequā impoſuiſſent. ſi ſm̄ p̄
dictuȝ intellectū nos ſimiles eſſe ꝑegrinis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mādarent. Sed hoc dictū intelligit̄. vt nō
currat ſimilitudo q̄ttuoꝛ pedibꝫ. ſed vt do/
mos in q̄bus habitam⁹ paruꝫ diligamus.
nec ꝓprias reputem⁹. ſicut ꝑegrinus q̇ tran
ſit in patriā domū non diligit in via tanq̄
ꝓpriam. ſed vtit̄ tanq̄ aliena. Qui aliter ſa/
pit ipſe ſua inſipiētia manifeſtat ꝙ nihil om
nino ſapit. Quomō ergo poſſet eſſe regimē
⁊ ordo ꝑlatoꝛū. q̇ ita diſtricte manet in oꝛ/
dine beati Franciſci. ſi om̄es eſſent inſtabi
les et vagabundi ꝑ oꝛbē. Hoc vero ſentit q̇
nihil vidit de oꝛdine. Veniā ad laboꝛeꝫ
manuū. vbi taliter inſiſtis. vtrū ſit cōſiliuꝫ
vel ꝑceptū. Ego autem dico non intende/
re beatū Franciſcū manualē laboꝛeꝫ. nec
ꝑcipe nec conſulere nec monere. ſed ſuppo/
ſita ammonitiōe apoſtoli fratribꝫ nimis vl'
minus ſollicitis ad laboꝛē dat foꝛmā labo
randi. Quidā eñ ſic intendebāt laboꝛi ma
nuali. vt necaret̄ i eis deuotio oꝛōnis. Qđ
q2 ꝑiculoſum erat. cū actiua debeat deſer/
uire cōtemplatiue. dedit eis foꝛmā ſanctiſ/
ſimus pater. vt ſic laboꝛent q̇ laboꝛare vel/
lent ſcirent ⁊ poſſent. vt ſancte oꝛōnis ⁊ de/
uotionis ſpiritū nō extinguāt. Hoc eñ ſe/
quit̄ in textu regule imediate. Unde atten
de ꝙ nō dicit ꝑcipio vel cōſulo fratribꝫ ꝙ la
boꝛent. ſed quibꝫ dedit dñs grām. qđ nō ſo
lum includit potentiā ſed voluntatē labo/
rādi. Sicut ſi diceret. frēs quibꝫ dedit do/
min⁹ grām lachꝛymādi lachꝛyment̄ ita mo
deſte ꝙ oculos nō amittant. nō ꝑciperet la
chꝛymari. ſic nūc intelligit. Ipe autē de la/
boꝛe manuū vim nō faciebat. niſi ꝓpter oci/
um declinandū. quia cū fuerit reg'le obſer/
uatoꝛ ꝑfectiſſimus. nō credo ꝙ vnq̄ lucra/
tus fuerit de laboꝛe manuū. xij. đ. vel eoꝛuꝫ
valoꝛem fratres. ſed potiſſime ad oꝛationē
monebat. Non eñ volebat ꝙ illā extingue
rent ꝓpter lucrū. Unde ꝓuincialibꝫ miſtris
relinquit̄ ꝙ nō ꝑmittant frēs ſuos ocioſos
Ego vna tecū ſi qui tales ſunt iudico argu
endos. ⁊ verberibꝫ puniēdos tanq̄ ſeruos
malos et pigros. Nō tamē ꝓpter hoc tibi di
ſpliceat. q2 ſatis ibi inuenies copiā laboꝛā/
di tam in ſtudio veritat̄ q̄ in exercitio hu/
militatis. pietatis. ⁊ cuiuſlibet alterius vir
tutis. Nā fratrū elemoſynas q̄rere. coqui/
nam facere. infirmis ſeruire. ſcutellas laua
re. et in om̄ibꝫ humilitat̄ exercitijs laboꝛa/
re. que dulcioꝛa fratribꝫ ſunt q̄ multa offi/
cia dignitatis. Sed q̇d dicem⁹ de aſceu

dentibꝫ ad cathedrā. cū regula dicat ꝙ nō
curent neſciētes lr̄as. lr̄as diſcere ⁊c̄. cū etiā
euangeliū dicat ꝙ nolim⁹ vocari magiſtri.
Dico ego ꝙ regula nō vetat ſtudiū littera/
tis. ſed illitterat̄ ⁊ laicis. Vult enim iuxta
apl'm. ꝙ vnuſq̇ſq̄ in ea vocatiōe qua vocat⁹
eſt ꝑmaneat. vt ad clericatū de laicatu null⁹
aſcendat. nec vult ꝙ clerici fiant laici ſtudi/
um recuſādo. alioquin ipe trāſgreſſoꝛ fuiſ/
ſet. qui cū paucas lr̄as ſciret. poſtmoduꝫ in
lr̄is ꝓfecit in oꝛdine. non ſoluꝫ oꝛando ſed
etiā legendo. Unde vt ſcias q̄ntū ſibi pla/
cuerit ſtudiuꝫ ſacre ſcripture. audiui ego a
fratre q̇ vidit. ꝙ cū nouū teſtamentū veniſ/
ſet ad manus ſuas. et plures frēs non poſ/
ſent ſimul hr̄e. diuidebat ꝑ folia. ⁊ ſingul' cō
municabat vt om̄es ſtuderent. nec vnus al
terū impediret. Clericos etiā quos recipi/
ebat ad oꝛdinē in ſumma reuerentia habe
bat. et in moꝛte mādauit fratribꝫ ꝙ docto/
res ſacre ſcripture in ſumma reuerētia ha/
berent. tanq̄ illos a quibꝫ recipent ꝟba vi
te. Unde cū nomē doctoꝛis veneraret̄ in/
telligebat hoc euāgeliū nō vetuiſſe. alioq̄n
Paulus apl'us euāgelio cōtradiceret. q̇ ſe
ꝑma epiſtola ad Thimo. magiſtrū gentiuꝫ
vocat. qđ maioꝛis impudētie videt̄ q̄ ſi ab
alijs vocaret̄. Dico ergo ꝙ ſcḋm euangeliuꝫ
pompa hui⁹ nomīs ꝯdemnāda eſt et nulla
tenus appetenda. ſed officiū aſſumendum.
Quos eñ mag' decet euāgeliuꝫ docere. q̄
qui euangeliū ꝓfitent̄ et ſeruāt. Naꝫ cū di/
cat euangeliū. qui fecerit ⁊ docuerit hic ma
gnus vocabit̄ in regno celoꝛuꝫ. Quis ſane
mentis dicat vt magiſter ⁊ frater Alexan/
der diues debuerit ꝑdicare ⁊ docere. beati
paupes ſpū. ⁊ paup effectus debuerit reti
cere. Certe ſi frēs decet addiſcere et rumi/
nare tanq̄ mūda aīalia. verba diuīa. et ſi/
bijpis ſufficiūt in docendo. q̇s tam ſtultus
eſt vt dicat ꝙ doctrinā quā eos decet face/
re ⁊ docere debeāt a nō facientibꝫ mendica
re. Condēno igit̄ tecū in magiſterio pom/
pam. ſed cōmēdo officiū. Damno frēm mi
noꝛē pompoſuꝫ. ⁊ dico eū magiſterio peni/
tus indignū. ſed cōmendo ſtudioſum. cre/
dens ꝙ nulli magis q̄ tali cōpetat auctoꝛi/
tas docendi euāgeliū ieſu chꝛiſti. Reſtat igi
tur vt de philoſophātibꝫ aliq̇d ſubiūgam⁹.
Audi chariſſime ſicut in ceter̄. ſic ⁊ in hoc
parit̄ cōcoꝛdem⁹. Fateoꝛ diſplicent tibi cu
rioſitates. diſplicent ⁊ mihi. ⁊ diſplicēt fra/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tribus bonis.et diſplicēt deo ⁊ angelis ſu/
is. Nec defendo circa ſcripta puerilia muſ/
ſitantes.ſed deteſtoꝛ eos pariter tecū. Un
de ⁊ tibi et mihi cōſulo vt habeamꝰ zelum
ſm ſcientiā.ne deteſtemur plus q̄ꝫ oportet.
Fortaſſe em̄ inter peccata minuta ⁊ venia
lia cōputandū eſt. Uix em̄ grana abſqꝫ pa/
leis colligi poſſunt.⁊ verba diuīa ſine ver/
bis humanis. Hec autē oīa ſeparantur
ꝑ zelū cōpunctionis et fletū deuotiōis que
faciūt triticū veritatis a verboꝝ paleis ſe/
parari. Et fortaſſe videnṫ aliqui curioſi.q̄
magis ſunt ſtudioſi. Si q̇s em̄ ſtuderet in
dictis hereticoꝝ.vt eoꝝ ſentētias declinā
do magis intelligeret veritatē. nec curio/
ſus nec hereticꝰ ſed catholicꝰ eſſet. Cū ver/
ba philoſophoꝝ aliqñ plus valent ad intel
ligentiā veritatis ⁊ erroꝝ confutatiōes.nō
deuiat a puritate in his aliqñ ſtudens.ma
xime cū multe ſint ꝯcluſiōes fidei.que ſine
his terminari nō poſſunt. Unde ſi velimus
nimis ſtricte iudicare.fortaſſe ipſos ſanctoſ
quod impiū eſt iudicabimꝰ curioſos. Naz
nullus meliꝰ naturā tēpis et materie de/
ſcribit q̄ꝫ Auguſtinꝰ inquirēdo ⁊ diſputan
do in libro ꝯfeſſionū. Nullus meliꝰ exitus
formarū et ꝓpaginē rerū q̄ꝫ ipſe ſup Geñ.ad
lrām. Nullus meliꝰ queſtiōes de aīa ⁊ de
deo q̄ꝫ ipſe in lib. de trinita. Nullus melius
naturā creatiōis mūdi q̄ꝫ ipſe in lib. de ciui.
dei. Et vt breuiṫ dicā.pauca aut nulla po
nunt magiſtri in libris ſuis. q̇n illa reperias
in libris Auguſtini. Lege Auguſtinū d̄ do
ctrina chriſtiana.vbi oſtēdit quō nō poteſt
intelligi ſacra ſcriptura ſine aliaꝝ ſcientia/
rū peritia. Oſtendit etiā ꝙ ſicut filij iſrael
aſportauerūt vaſa egypti.ſic doctores theo
logici doctrinā phie. Unde multa que nō
didicimꝰ ꝑ phos ⁊ de dictis phie didicimꝰ
ꝑ ſanctos. Ac ꝑ hoc nō debet tibi eſſe mirū
ſi minus fundati intrātes.fiant in ſcientia
in ordine fundatiores. Sed eſto ꝙ iſta ſint
reꝑhēſibilia ⁊ purgāda.nō ꝓpter hoc retra/
haris.qꝛ nullus ad hoc cōpelliṫ. ſed is ma/
gis amaṫ.qui magis eſt taliū aſpernator.
Nec plati ta ia ꝑcipiunt ſed ꝑmittunt. Nec
ꝓpter tres vel quattuor vicioſos debet ma/
giſter contēnere innocentes Etſi aliq̇ abū/
dent libris ad tempus.alijs pleriſqꝫ multo
plus indigentibꝫ poterint diſpenſari. cum
multo plures egeant q̄ꝫ abundent. Nec te
moueat ꝙ fratres fuerunt in ꝑncipio ſim/
plices ⁊ illitterati imo magis debet hoc ia
te fidem ordinis ꝯfirmare. Fateor coram
deo ꝙ hoc eſt qḋ me fecit vitā beati Fran/
ciſci eligere.ꝙ nō fuit ꝑ hominū prudentiā
inuenta ſed ꝑ chriſtū.⁊ qꝛ opa chriſti nō de
ficiunt.oſtendiṫ hoc opus fuiſſe diuinum
dū ad conſortiū viroꝝ ſimpliciū etiā ſapi/
entes nō ſunt dedignati deſcendere.atten/
dentes illud apoſtoli. Si q̇s eſt inter vos
ſapiens.ſtultꝰ fiat vt ſit ſapiens. Rogo cha
riſſime. vt nō nimis abundes in ſenſu tuo.
nec credas te prudentiorē nec meliorē om/
nibꝫ.quos deus ad ſtatū iſtū vocauit. etſi
vocauerit te nō recuſes. Uale in dño.

Explicit epiſtola ſancti Bonauēture ad
magiſtrum innominatum.